



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

De satisfactione & eius quidditate. Quæstio 12.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

audiui in confessione . Tamen propter scandalum
tandum debet abstinere , ne de hoc loquatur , si
immineat necessitas .

Ad primum ergo dicendum , quòd quando alius
dicit se vidisse quod in confessione audiuit , non
uelat quod in confessione audiuit , nisi per accidens
sicut qui scit aliquid per auditum & visum , non reuelat
quod vidit , per se loquendo , si dicat se audiuisse
sed per accidens , quia dicit auditum , cui accidit
visum esse . Et idè talis sigillū confessionis non frangit .

Ad secundum dicendum , quòd non obligatur
dicens confessionem ad hoc , quod non reuelat peccatum
simpliciter : sed prout est in confessione audiuit .
Nullo enim casu dicere debet se audiuisse in confessione .

Ad tertium dicendum , quòd hoc intelligendum
est de duobus quæ habent oppositionem . Sed scien-
tia qua scit aliquis peccatum vt Deus , & illa qua
vt homo , non sunt opposita . Et idè ratio non pre-
cedit .

* aliis , Ad quartum dicendum , quòd non debet ita reuelari
scandalū peccatum ex vna parte , quòd ex alia , iustitia reuelari
quatur . Veritas enim non est propter scandalum
mittenda . Et idè quando imminet periculum ius-
titiæ & veritatis , non debet dimitti reuelatio eius qui
quis in confessione audiuit , si aliter sciat , propter
scandalum : veruntamen scandalum , quantum ad
est , evitare tenetur .

QVÆST. XII.

† Cōc. Tri De satisfactione † quoad eius quidditatem , in
dent. sess. titulos diuisa .
14. c. d. et

9. **D**Einde considerandum est de satisfactione
qua sunt quatuor consideranda . Primo , de
quidditate . Secundo , de ipsius possibilitate . Tertio ,
de eius qualitate . Quarto , de his per quæ homo
satisfacit .

¶ Circa primum quærentur tria .

¶ Primo , utrū satisfactio sit virtus vel actus virtutis .

¶ Secundo

¶ Secundo, vtrum sit actus iustitiæ?
 ¶ Tercio, vtrum definitio satisfactiois quæ in litte-
 ra ponitur, conuenienter assignetur?

ARTIC. I.

Vtrum satisfactio sit virtus, vel actus virtutis? 49

Tho. 4. d.

15. q. 1.

art. 3.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quòd satis-
 factio neque sit virtus, neque actus virtutis. Om-
 nis enim virtutis actus est meritorius. Sed satisfactio
 non est meritoria, vt videtur: quia meritum gratuitum
 est, sed satisfactio debitum attendit. Ergo satisfactio
 non est actus virtutis.

¶ 2 Præterea, Omnis actus virtutis est volunta-
 rius. Sed aliquando fit de aliquo satisfactio homine,
 inuito, vt quando aliquis pro offensa in alterum
 commissa, à iudice punitur. Ergo satisfactio non est
 virtutis actus.

¶ 3 Præterea, Secundum Philosophum in 8. Eth. * *ca. 13. in*
 Virtutis & moris principa e est electio. Sed satisfac- *fin.*
 tio non fit per electionem, sed respicit principaliter

exteriora opera. Ergo non est virtutis actus.

SED contra, Satisfactio ad pœnitentiam pertinet.
 Sed pœnitentia est virtus. Ergo & satisfactio est actus
 virtutis.

¶ Præterea, Nullus actus operatur ad deletionem
 peccati, nisi sit actus virtutis: quia cõtrarium destrui-
 tur per suum contrarium. Sed per satisfactionem pec-
 catum totaliter annihilatur. Ergo satisfactio est vir-
 tutis actus.

RESPONDEO dicendum, quòd aliquis actus dici-
 tur esse actus virtutis dupliciter. Vno modo materia-
 liter: & sic quilibet actus qui malitiam nõ habet im-
 plicitã, vel defectum debita circumstantia, actus vir-
 tutis dici potest: quia quolibet tali actu potest vti
 virtus in suum finem; sicut est ambulare, loqui & hu-
 iusmodi. Alio modo dicitur actus aliquis esse actus
 virtutis, formaliter: quia ipse in suo nomine for-
 mam & rationem virtutis implicitam habet: sicut
 fortiter sustinere dicitur actus fortitudinis. Formale
 autem

autem cuiuslibet virtutis moralis est ratio mediæ de omni actus, qui rationem mediæ importat, actus virtutis formaliter dicitur. Et quia æqualitas mediæ est, quod suo nomine satisfactio importat, (non enim dicitur aliquid satisfieri nisi secundum proportionem æqualitatis ad aliquid) constat quod satisfactio, quæ formaliter, est actus virtutis.

Ad primum ergo dicendum, quod quamvis satisficere, in se sit debitum: tamen in quantum satisfactio voluntarie hoc opus exequitur, rationem gratiæ accipit ex parte operantis: & sic operans facit de necessitate virtutem. Ex hoc enim debitum habet mittere meritum, quod necessitatem importat, et voluntati contrariatur. Unde si voluntas necessitati consentiat, ratio meriti non tollitur.

Ad secundum dicendum, quod actus virtutis requirit voluntarium in eo qui patitur, sed in eo qui facit, quia illius actus est. Et ideo cum ille, in quo iudex vindictam exercet, se habeat ut patiens ad satisfactionem, non ut agens: non oportet, quod in eo voluntaria sit satisfactio, sed in iudice facienda.

Ad tertium dicendum, quod principale in virtute potest accipi dupliciter. Vno modo principale in ipsa accipi potest, in quantum est virtus; & sic actus quæ ad rationem eius pertinent, vel magis ei propinqua sunt, principaliores sunt in virtute. Et sic actus exterior & interiores actus in virtute, in quantum virtus est, principaliores sunt. Alio modo potest accipi principale in virtute, in quantum est talis virtus: sic principalius in ipsa est illud, ex quo determinatio accipit actus interior, qui in aliquibus virtutibus determinatur per actus exteriores: quæ satisfactio, quæ est communis omnibus virtutibus, est quod est electio talis actus, efficitur propria virtutis. Et sic actus exteriores in aliquibus virtutibus sunt principaliores: & ita etiam est in satisfactione.

Utrum satisfactio sit actus iustitiæ?

50

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod satisfactio non sit actus iustitiæ. Quia satisfactio fit ad hoc quod reconcilietur homo ei quem offendit. Sed reconciliatio cum sit actus amoris, ad charitatem pertinet. Ergo satisfactio est actus charitatis, & non iustitiæ.

¶ 2 Præterea, Causæ peccatorum in nobis sunt passiones animæ, quibus ad malum incitatur. Sed iustitia secundum Philosophum * non est circa passiones, sed circa operationes. Cum ergo ad satisfactionem pertineat peccatorum causas excidere, ut in littera dicitur †: videtur quod non sit actus iustitiæ.

¶ 3 Præterea, Cauere in futurum non est actus iustitiæ, sed magis prudentiæ, cuius pars ponitur cautela. Sed hoc pertinet ad satisfactionem, quia ipsius est suggestionibus peccatorum aditum non indulgere*. Ergo satisfactio non est actus iustitiæ.

SED contra, Nulla virtus attendit rationem debiti nisi iustitia. Sed satisfactio honorem debitum Deo impendit, ut Ansel. * ait. Ergo satisfactio est actus iustitiæ.

¶ Præterea, Nulla virtus habet rerum exteriorum adæquationem perficere, nisi iustitia. Sed hoc fit per satisfactionem, qua constituitur æqualitas emendæ ad offensam præcedentem. Ergo satisfactio est iustitiæ actus.

RESPONDEO dicendum, quod secundum Philosophum in 5. E. hic. * medium iustitiæ accipitur secundum adæquationem rei ad rem in proportionalitate aliqua. Unde cum talem adæquationem ipsum nomen satisfactionis importet, quia hoc aduerbium, satis, æqualitatem proportionis designat: constat, quod satisfactio formaliter iustitiæ actus est. Sed iustitiæ actus, secundum Philosophum * est, vel sui ad alterum, ut quando aliquis reddit alteri quod ei debet: vel alterius ad alterum, sicut quando iudex facit

* ex lib.
5. eth. c. 2
c. 3.
† lib. 4.
Sent. 15.
S. C. in
mod.
* ut iam
dictū est.
in lib. 1.
Cur Deus
homo ca.
11.
* cap. 3.
lib. 5 eth.
c. 3 & 4.

CIT

cit iustitiam inter duos. Quando autem est actus iustitiæ sui ad alterum, æqualitas in ipso faciente constituitur: quando autem alterius ad alterum, æqualitas constituitur in iustum passo. Et quia satisfactio æqualitatem in ipso faciente exprimit: ideo dicitur actus iustitiæ, qui est sui ad alterum, proprie loquendo. Sed sui ad alterum potest aliquis facere iustitiam vel in actionibus & passionibus, vel in rebus exterioribus: sicut etiam iniuria fit alteri, vel subtrahendo res, vel per aliquam actionem lædendo. Et usus rerum exteriorum est dare, ideo actus iustitiæ secundum quod æqualitatem in rebus exterioribus constituit, proprie dicitur hoc quod est reddere & satisfacere, manifeste æqualitatem in actionibus monstrat, quamvis quandoque vnum pro altero natur. Et quia adæquatio non est, nisi inæqualitas, ideo satisfactio inæqualitatem actionum præsupponit, quæ quidem offensam constituit; & ideo habet ordinem ad offensam præcedentem. Nulla autem iustitiæ respicit offensam præcedentem, nisi iustitiæ vindicatiuæ, quæ æqualitatem constituit in eo quod æquum patitur, indifferenter: siue sit patiens idem quod agens, vt quando aliquis sibi ipsi pœnam infert: siue non sit idem quod agens, vt quando iudex alteri pœnam infert, ad vtrumque vindicatiuæ iustitiæ se habent. Similiter & pœnitentiæ, quæ æqualitatem tantum faciente importat, quia ipsemet pœnitens pœnam infert: fit, vt quodammodo pœnitentiæ vindicatiuæ species sit. Et per hoc constat quod satisfactio quæ æqualitatem respectu offensæ præcedentis faciente importat, opus iustitiæ est, quantum ad partem, quæ pœnitentiæ dicitur.

*in corp.
arts.*

Ad primum ergo dicendum, quod satisfactio ex dictis patet*) est quædam iniuriæ illatæ retributio. Vnde sicut iniuriæ illatæ immediate ad æqualitatem iustitiæ pertingebat, & per consequens inæqualitate in amicitia oppositam: ita & satisfactio directe ad æqualitatem iustitiæ perducit, & ab inæ-

litate
quis e
imme
cuius f
est a i
Ad
princip
sequen
rationu
ne ad al
potest p
Ad te
ralis par
ter ipsa
dum ear
moralib
tam in 3
Vtr
D te
nici
ponatur a
peccator
bus ad iu
cati, som
tem exci
causas ex
¶ 2 Pr
catum. S
dere. Er
quod pri
¶ 3 Pr
itiæ, præ
indulgere
ere futur
tatiæ iustitiæ

licitatem amicitia, ex consequenti. Et quia actus aliquis elicitive ab illo habitu procedit, ad cuius finem immediate ordinatur; imperatiue autem ab illo, ad cuius finem ultimo tendit: ideo satisfactio elicitive est a iustitia; sed imperatiue, a charitate.

Ad secundum dicendum, quod quamuis iustitia sit principaliter circa operationes, tamen etiam ex consequenti, est circa passiones, in quantum sunt operationum cause. Quare sicut iustitia cohibet iram, ne alteri læsionem iniuste inferat; & concupiscentiam, ne ad alienum torum accedat: sic etiam satisfactio potest peccatorum causas excidere.

Ad tertium dicendum, quod qualibet virtus moralis participat actum prudentia, eo quod formaliter ipsa complet in eis rationem virtutis: cum secundum eam medium accipiatur in singulis virtutibus moralibus, ut patet per definitionem virtutis, positam in 3. Ethic *

ARTIC. III.

* cap. 6.

Utrum definitio satisfactionis in littera conuenienter ponatur?

51

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod definitio satisfactionis in littera inconuenienter ponatur ab Augustino, dicente *, quod satisfactio est peccatorum causas excidere, & eorum suggestionibus aditum non indulgere. Causa enim actualis peccati, fomes est. Sed in hac vita non possumus fomitem excidere. Ergo satisfactio non est peccatorum causas excidere.

† lib. 4. Ser. d. 15. S. C. * in lib. de Ecclesiast. dogmatibus, c. 54. inter opera Aug. to. 3. & habetur de penit. d. 3. c. 3.

¶ 2 Præterea, Causa peccati est fortior quam peccatum. Sed homo per se non potest peccatum excidere. Ergo multo minus causas peccati: & sic idem quod prius.

¶ 3 Præterea, Satisfactio cum sit pars penitentia, præteritum respicit, non futurum. Sed non indulgere aditum suggestionibus peccatorum, respicit futurum. Ergo non debet poni in definitione satisfactionis.

¶ 4 Præ-

¶ 4 Præterea, Satisfactio dicitur respectu offensa præteritæ. Sed de offensa præcedenti nulla mentio. Ergo inconuenienter assignatur definitio satisfactionis.

¶ 5 Præterea, Anselmus ponit aliam definitionem in lib. Cur Deus homo *, scilicet, Satisfactio honorum debitum Deo impendere: in qua nulla mentio horum quæ Augustinus hic ponit. Ergo præterea earum videtur esse incompetens.

¶ 6 Præterea, Honorem debitum potest impendere. Sed satisfacere non competit innocenti. Ergo definitio Anselmi * est male assignata.

* posita in arg. 5.
RESPONDEO dicendum, quod iustitia non tantum tendit, ut inæqualitatem præcedentem ferat puniendo culpam præteritam, sed etiam futuram æqualitatem custodiat: quia secundum philosophum in 2. Ethic. * Pœnæ medicinæ sunt.

* c. 3. an- se med.
& satisfactio, quæ est iustitiæ actus pœnam iniectis, est medicina curans peccata præterita, & seruans à futuris. Et ideo quando homo honorificatur, & præterita recompensa, & à futuris & secundum hoc dupliciter potest satisfactio de-ri. Vno modo, respectu culpæ præteritæ, quæ compensando curat. Et sic dicitur, quod satisfactio est illatæ iniuriæ recompensatio secundum æqualitatem. Et in idem redit definitio Anselmi qui dicit, quod satisfacere est honorem debitum Deo impendere: ut consideretur debitum ratione pœ commissæ. Alio modo potest defini, secundum quod præseruat à culpa futura: & sic definit Augustinus * Præseruatio autem a morbo corporis per ablationem causarum, quibus morbus cogitur; eis enim ablati non potest morbus cogitur. Sed in morbo spirituali non est ira: quia liberum arbitrium non cogitur. vnde causis præcedentibus vitari, quamuis difficulter. causis amotis incurrunt. Et ideo in satisfactionis definitione dicitur, scilicet abscissionem causarum, quantum ad

1. satisfactio de finitio.

* posita in arg. 5.
2. Defini.

* locus citatis in arg. 1.

num: & renitentiam liberi arbitrij ad ipsum peccatum, quantum ad secundum.

Ad primum ergo dicendum, quod accipiendæ sunt causæ proximæ peccati actualis, quæ sunt duplices: scilicet interiores, vt libido, ex consuetudine vel actu peccati relicta; & ea quæ dicuntur reliquiæ peccati. Quædam verò sunt exteriores, vt exteriores occasiones ad peccandum, scilicet locus, mala societas, & huiusmodi: & tales causæ in hac vita per satisfactionem tolluntur, quamuis sômes, qui est causa remota peccati actualis, non tollatur totaliter in hac vita per satisfactionem, etsi debilitetur.

Ad secundum dicendum, quod quia causa mali vel privationis, eo modo quo causam habet, non est nisi bonum deficiens; bonum autem facilius tollitur, quam constituitur: ideo facilius est causas privationis & mali excidere, quam ipsum malum remouere: quod non remouetur nisi per constructionem boni, vt patet in cæcitate & causis eius. Et tamen causæ peccati prædictæ * non sunt sufficientes causæ, cum ex eis non de necessitate sequatur peccatum, sed sunt occasiones quædam; nec iterum satisfactio sine Dei auxilio fit, quia sine charitate esse nõ pôt, vt dicitur *.

Ad tertium dicendum, quod quamuis pœnitentia ex prima sui institutione respiciat præteritum: tamen etiam ex consequenti, futurum respicit, in quantum est medicina præseruans: & sic etiam satisfactio.

Ad quartum dicendum, quod Augustinus * definit satisfactionem, secundum quod fit Deo, cui secundum rei veritatem nihil subtrahi potest, quamuis peccator, quantum in se est, aliquid subtrahat: & ideo in tali satisfactione principaliter requiritur emendatio in futurum, quam recompensatio præteritorum: & propter hoc ex parte ista Augustinus * definiuit satisfactionem. Nihilominus tamen ex cautela futurorum cognosci potest recompensatio præteritorum, quæ fit circa eadem conuerso modo. In præteritum respicientes, causas peccatorum propter peccatum.

I cata

* In respon. ad 1.

* infra q. 14. ar. 2.

† Alias: intentio.

* in li. de Eccl. dog. c. 54. to. 3

* loco sapientis cit.

carata detestamur, à peccatis incipientes detestamur motum. Sed in cautela à causis incipimus, ut subtractis, facilius peccata vitemus.

Ad quintum dicendum, quod non est incommodum quod de eodem dentur diuersæ assignationes, dum diuersa, quæ in ipso inueniuntur: & sic est proposito, ut ex dictis patet.

* in corp. art.

Ad sextum dicendum, quod intelligitur debitum quod debemus Deo ratione culpe commissæ, quod debitum pœnitentia respicit, ut prius dictum est.

† in corp. art. 1. q. prac. sub fin. † Concil. Trid. superior. q. indicat.

QVÆST. XIII.

De satisfactionis & possibilitate, in duos articulos diuisa.

Deinde considerandum est de possibilitate satisfactionis.

¶ Circa quod queruntur duo.

¶ Primo, vtrum homo possit Deo satisfacere.

¶ Secundo, vtrum aliquis pro alio satisfacere possit.

ARTIC. I.

Vtrum homo possit Deo satisfacere?

32 Tho. ubi sup. ar. 2. * art. 2. q. 3. q. proced.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod homo non possit Deo satisfacere. Satisfactio debet æquari offensæ, ut ex dictis patet. Sed in Deum commissæ est infinita: quia quantitas culpæ incipit ab eo in quem committitur, cum plus offendit qui principem percutit, quam alium quem quis percussit. Ergo actio hominis non possit esse infinita, quod homo Deo satisfacere non possit.

¶ 2 Præterea, seruus, quia totum quod habet in domino est, non potest pro aliquo debito reddere. Sed nos serui Dei sumus, & habemus quicquid habemus ab ipso. Cum ergo satisfactio sit pensatio offensæ præteritæ, videtur quod Deo satisfacere non possimus.

¶ 3 Præterea, ille cuius totum quod habet in domino est, non potest pro alio debito satisfacere. Sed quicquid homo potest, & habet, non sufficit ad exoluendum

tum, p
quod
Ergo n
fa com
¶ 4
in Dei
potest
tempor
mo reco
prius.
¶ 5
uius qua
satisface
pro actu
SED d
aliqui i
fit. Sed
fructus d
satisfacere
¶ Pra
quis hom
go & De
¶ Pra
tur: qui
Pythagor
assumere
contingit
RESPO
pliciter d
accepti, a
gratiarum
iusmodi,
satisfactio resp
tem hono
secundum
reddere t
reddat qu
valens, se